

Women and Society in the Roman World.
A Sourcebook of Inscriptions from the Roman West

Emily A. Hemelrijk

For the convenience of the reader, this PDF on the website of CUP provides the texts of all inscriptions translated in the sourcebook in the order in which they are found in the book. The Latin texts follow the presentation by the Epigraphik-Datenbank Clauss / Slaby (EDCS) with adaptations; the Greek texts were transcribed by Rolf Tybout. All texts have been checked against modern corpora and publications: where several readings are possible, I have followed what is, to my mind, the most trustworthy text. Though Latin has no punctuation, I have added punctuation for the convenience of the reader unacquainted with reading inscriptions. Please note that punctuation means interpretation and that I have had to find a balance between readability and grammatical correctness. For example, though Latin inscriptions often consist of a succession of subordinate clauses, I have inserted a full stop where this seemed to improve the legibility of the text. Comments on the layout of the inscription – e.g., lines that were carved on a different part of the stone – are printed in *Italics* between square brackets. I have also exchanged EDCS's indication of lost letters within a line [3], or of an entire line [6], with [...]. On the other hand, I have kept EDCS's corrections of ancient spelling variants and mistakes (e.g., se<d=T> when the text has 'set' instead of 'sed'); the reader should be aware, however, that most are not simply errors, but reflect spelling changes and colloquial or spoken language in antiquity. Last but not least, it should be emphasized that this PDF has no pretensions whatsoever to being an epigraphical edition. It is meant to present the inscriptions translated in the book in an accessible way, to facilitate consultation of the original texts.

For clarity of presentation, I have refrained from listing all epigraphic corpora an inscription is published in. Instead, I have specified the two or three corpora most likely to be present in university libraries. These are often not the most recent editions, but by simply typing in the *CIL* (*ILS*, *AE* or other) numbers in the Clauss / Slaby database, the reader may find more recent corpora. Images and references to scholarly publications may be found through www.manfredclauss.de and the databases linked to it, such as EDH, EDR and Lupa.at.

The main editorial conventions used in the inscriptions below are listed here. Please note that the EDCS has some peculiarities, which deviate from the 'Leiden system'; see <http://db.edcs.eu/epigr/hinweise/hinweis-en.html>. For an introduction to editorial conventions, readers may wish to consult an epigraphic handbook such as Cooley (2012) 350-355.

(abc)	abbreviations written out in full
[abc]	restoration of letters lost through damage to the inscription
[...]	lost letters or words (of various length); no restoration proposed
]	lost text of unknown length at the beginning of the inscription
[	lost text of unknown length at the end of the inscription
{abc}	letters erroneously inscribed
[[abc]]	ancient erasure
<< abc>>	ancient text inserted over erasure
/	division of lines on the stone (in Greek inscriptions and for every fifth line)
<e=F>	modern spelling correction

Chapter 1. FAMILY LIFE

I. Marriage and the Traditional Virtues of Wives: Variations on a Theme

1 A dutiful wife

CIL 6, 26192 = *ILS* 8398

Rome. 40-20 BC

Hic est illa sita, pia, frug(i), casta, / pudic(a) Sempronia Moschis, / cui pro meritis ab coniuge gratia relatast.

2 Wool work as a symbol of matronal virtue

CIL 1, 1930

Ancona, Italy (10). Late 1st century BC

[Above the wool basket]]ma ca/[lath]us coli.

[On the basket] L(ana).

[Under the relief] [H]ospes reseiste et aspice aet[ernam] / domu(m). Pro mereitis statuit / co(n)iux co(n)iugei e[t sibi].

3 Love and loyalty. Fragments of the *Laudatio Turiae*

Extracts from *CIL* 6, 41062: column I, 27-34 and column II, 31-40

Rome. ca. 9 BC

[Column I, 27-34] Rara sunt tam diuturna matrimonia, finita morte, non divertio in[terrupta; contigit] / nobis ut ad annum XXXXI sine offensa perduceretur. Utinam vetust[a coniunctio habu]isset mutationem vice m[e]a, qua iustius erat cedere fato maiorem. / Domestica bona pudici[t]iae, o<b=P>sequi, comitatis, facilitatis, lanificii stud[ii, religionis] / sine superstitione, o[r]natus non conspicendi, cultus modici cur [memorem? Cur dicam de cari]/tate, familiae pietate, [c]um aeque matrem meam ac tuos parentes col[ueris non alia mente] / illi quam tuis curaveris, cetera innumerabilia habueris commun[ia cum omnibus] / matronis dignam f[a]mam colentibus?

[Column II, 31-40] Diffidens fecunditati tuae [et do]lens orbitate mea, ne tenen[do in matrimonio] / te spem habendi liberos [dep]onerem atque eius caussa ess[em infelix, de divertio] / elocuta es vocuamque [do]mum alterius fecunditati t[e tradituram non alia] / mente, nisi ut nota con[co]rdia nostra tu ipsa mihi di[gnam et aptam con]/dicionem quaereres p[ara]resque ac futuros liberos t[e communes pro]/que tuis habituram adf[irm]ares, neque patrimoni(i) nos[tri, quod adhuc] / fuerat commune, separa[ti]onem facturam, sed in eodem [arbitrio meo id] / et, si vellem, tuo ministerio [fu]turum: nihil seiunctum, ni[hil separatum te] / habituram, sororis soc[rusve] officia pietatemque mihi d[ehinc praestitutam].

4 Praise of traditional virtues: the epitaph of Amymone

CIL 6, 11602 = *ILS* 8402

Rome. Mid 2nd century AD

Hic sita est Amymone Marci, optima et pulcherrima, / lanifica, pia, pudica, frugi, casta, domiseda.

5 Mausoleum of Postumia Matronilla

CIL 8, 11294 = *ILS* 8444

Near Thelepte, Africa Proconsularis. 2nd century AD

D(is) M(anibus) s(acrum). / Postumia Matronilla, inco<m=N>pa/rabilis coniux, mater bona, avia / piissima, pudica, religiosa, laborio/sa, frugi, effica<n=X>s, vigilans, sollicita, / univir(i)a, unicuba, [t]otius industriae et fidei / matrona. Vixit annis n(umero) LIII, mensibus n(umero) V, diebus tribus.

6 A hard-working wife

CIL 9, 1913 = *ILS* 8437

Beneventum, Italy (2). 2nd or early 3rd century AD

D(is) M(anibus). / Octaviae Cres/centinae, qu(a)e / antiqua vita vi/xit fidei ac dili/gentiae [gr]aviss(imae). / C(aius) Val(erius) Ianuarius / coniux c(um) fil(iis) b(ene) m(erenti) f(ecit).

7 A virtuous wife

AE 1987, 179

Ostia, Italy (1). Late 2nd – early 3rd century AD

[D(is)] M(anibus). / [...]nia P(ubli) f(ilia) Sebotis / Q(uintus) Minucius Q(uinti) f(ilius) Pal(atina) Marcellus / coniugi carissimae pientissim(ae) castiss(imae) / coniugali, quae numquam sine me in publ/icum aut in balineum aut ubicumq(ue) ire voluit, / quem virgine(m) duxi ann(or)um XIII ex qua filia(m) habeo, / cum qua tempus dulce{m} luminis vidi, quae me / felicem fecit, se<d=T> ego mallebam viveres: illa erat / mea felicitas, si te superstite(m) reliquisse(m). V(ixit) ann(os) XXI, m(enses) II, d(ies) XXI.

8 Putting the husband first

CIL 3, 7436

Nicopolis, Moesia Inferior. Late 2nd - early 3rd century AD

[D(is) M(anibus?)] / et b(onae) m(emoriae). Fronto Aug(ustorum) nn(ostrorum) dispens(ator) Moes(iae) inf(erioris).
[In verse] Floribus ut saltem requiescant membra iucundis / Aeliae carae mihi nunc hoc inclusae sepulcro, / regina Ditis magni regis, [p]reco hoc te /- nam meruit haec multa suis pro laudibus a me - / inmeritae propere solventem fila dearum, / quae globo Parcarum revoluta cuncta gubernant. / Qualis enim fuerit vita, quam deinde pudica, / si possem effari, cithara suadere(m) ego Manes. / Haec primum casta, quot te audire libenter / et mundi spatia Ditis quoque regia norunt. / Hanc precor Elysiis iubeas consistere campis / et myrta redimire comas et tempora flore. / Lar mihi haec quondam, haec spes, haec unica vita, / et vellet quod vellem, nollet quoque ac si ego nollem, / intima nulla ei quae non mihi nota fuere, / nec labos huic defuit, nec vellerem inscia fila, / parca manu, se<d=T> larga meo in amore mariti, / nec sine me cibus huic gratus nec munera Bacchi, / consilio mira, cata mente, nobili fama. / Carmini, possessor, faveas precor, ac precor ut tu / hanc tituli sedem velles decorare quodannis / et foveas aevi monumentum tempore grato, / roscida si rosula seu grato flore amaranthi / et multi{s} generum pomis variisque novisque, / ut possit toto refoveri temporis anno.

9 Female virtues

CIL 12, 1972 = *ILN* 5, 1, 163

Vienna, Gallia Narbonensis. Late 2nd or 3rd century AD

D(is) M(anibus).

Memoriae (a)eternae / Iul(iae) Severin(a)e, matronae honestis/sim(a)e, coniugi karissim(a)e, matri pi/entis(s)im(a)e, parenti dulcis(s)im(a)e. Priminus / Placidus simul et filiae eius merita / [...]V[...] fecerunt.

10 Epitaph of Aufidia Severina

CIL 6, 12853 = *CIL* 6, 34060

Rome. 3rd century AD

D(is) M(anibus).

Hic iacet Aufidia Severina signo Florenti, / bis quinos denos quae vixit annos aetatis. / Casta fide semper toru(m) maritale(m) dilexit. / Sobria, non moecha, simplex, animoque benigno, / dedita coniugi soli suo, ignara alienum. / Conpari dulci suae incomparabili solae / Basileus fecit, quod fieri ab illa cupiebat.

11 A fertile marriage

CIL 3, 3572 = *TitAq* 2, 745

Aquincum, Pannonia Inferior. 3rd century AD

[*In verse*] Hic sita sum matrona genus nomen/que Veturia, Fortunati coniux de patre Vetu/rio nata. Ter novenos misera et nupta bis octo / per annos, unicuba, uniuuga, quae post / sex partus unio superstite obii. / [*In prose*] T(itus) Iulius Fortunatus |(centurio) leg(ionis) II Ad(iutricis) P(iae) F(idelis) / coniugi incomparabili et insigni in se pietate.

12 The joys of marriage

CIL 13, 1983 = *ILS* 8158

Lugdunum, Gallia Lugdunensis. 3rd century AD

D(is) M(anibus) / et / memoriae aetern(ae) / Blandinae Martiolae, puellae / innocentissimae, quae vixit / ann(os) XVIII, m(enses) VIII, d(ies) V. Pompeius / Catussa, civ<i=E>s Sequanus, tec/tor, coniugi incomparabili / et sibi benignissim(a)e, quae me/cum vixit an(nos) V, m(enses) VI, d(ies) XVIII / sine ul(l)a criminis sorde. Viv(u)s / sibi et coniugi ponendum cu/ravit et sub ascia dedicavit. / Tu qui legis vade in Apol(l)inis / lavari(?), quod ego cum coniu/ge feci. Vellem si ad(h)uc possem.

13 Sweet Urbana

CIL 6, 29580 = *ILS* 8450

Rome. 3rd century AD

D(is) M(anibus) s(acrum). / Urbanae coniugi dulcissim(a)e / et castissimae ac rarissimae, cuius praeclarius / nihil fuisse certus. Hoc etiam titulo honorari / meruit, quae ita mecum cum summa iucundi/tate adque simplicitate in diem vitae suae / egit, quam adfectioni coniugali tam / industria morum suorum. Haec ideo / adieci ut legentes intelligant quantum / nos dilexerimus. Paternus b(ene) m(erenti) f(ecit).

14 A long and harmonious marriage

CIL 6, 33087 = *ILS* 8401

Rome. 100-50 BC

Q(uintus) Pompeius, Bithynici l(ibertus), Sosus, / Sa[t]riena, P(ubli) l(iberta), Salvia, ux{s}or
 frug(i), / o<b=P>sequentes et con/cordes Esquileis ab aqua / conclusa fecer(unt) sib[ei] et
 su{e}is et digneis. / Dum suppeditat vita inter nos annos LX vi/ximus concordēs. / Morte
 obita ut monumentum haberemus, fecimus vivi. / [In prose] Studium et Acme l(ibertae), ut
 una con/deremus conditivom / cubiculum fecerunt. / Hoc mon(umentum) hered(em) / non
 sequetur.

15 Dialogue of a harmonious couple

CIL 6, 9499 = *ILS* 7472

Rome. ca. 80-50 BC

[Left] [L(ucius) Au]relius, L(uci) l(ibertus), / [H]ermia, / [la]nius de colle / Viminale. [H]aec
 quae me faato / praecessit, corpore / casto, / [c]oniunx{s} una meo / praedita amans / animo, /
 [f]ido fida viro v{e}ix{s}it / studio parili, <c=Q>um / nulla in avaritie / cessit ab officio. /
 [A]urelia L(uci) l(iberta) / [

[Right] Aurelia, L(uci) l(iberta), / Philematio(n). / Viva Philematium sum / Aurelia
 nominata, / casta, pudens, volgei / nescia, feida viro. / Vir conleibertus fuit / - eidem quo
 careo / eheu - / ree fuit eevero plus / superaue parens. / Septem me naatam / annorum
 gremio / ipse recepit; XXXX / annos nata necis potior. / Ille meo officio / a<s=D>siduo
 florebat ad omnis / [

16 United in death

CIL 6, 19008

Rome. Imperial period

Dis Manibus. Istis / Geminae Caumae C(aius) Billienus Fructus ossibus / ossa dedit coniugi
 perpetuae, quos / aetas iunxerat olim, nunc mortis iuncti / iacent, qui vixerunt una annis /
 continuis LII sine lite molesta. / Filius hunc titulum posu(it) plen(us) pietate parentu(m).

17 Marital harmony

CIL 13, 2205

Lugdunum, Gallia Lugdunensis. Imperial period

D(is) M(anibus) / et memori/ae aet(ernae) / Matiae Verae, quae me/cum vix(it) ann(os)
 XXXVI, m(enses) III, / d(ies) X sine ulla animi laesio/ne. Longus amor peri(i)t dire(m)p/ta
 morte recept(us). Utinam nos / fatus texisset utrosque! / Pusinnon(ius) Dubitatus con/iug(i)
 incomparab(ili), de qua ni/hil dolui nisi mortem / p(onendum) c(uravit) et sub ascia dedicavit.

18 Equal partners

CIL 11, 654

Faventia, Italy (8). Imperial period

D(is) M(anibus) / Primae. / [In verse] Digna fui merito / meo rara sodali. / Unus amor
 mans(i)t / par quoque vita / fidelis. Si dolu(i)t aliqui / me quoque iunxi do/lori. Par fui dum
 potui. / Dulcis vale / kare sodalis. / [In prose] Vixit ann(os) XXI, m(enses) II, d(ies) XX. /
 Chrestus / b(ene) m(erenti).

19 A beloved wife

CIL 10, 1951

Puteoli, Italy (1). Imperial period

Lolliae Victorinae, / co(n)iugi dulcissimae. / Lollianus Porresmus / procurator / bene merenti
emit, cum qua vixit annos XX / sene(!) reprehensione ulla / e[t] alterutrum. / Hoc est amasse!

20 Longing for a deceased wife

CIL 6, 7579 = *ILS* 8190

Rome. 1st half of the 1st century AD

Dis Manibus Meviae Sophes. / C(aius) Maenius Cimber coniugi sanctissimae / et
conservatrici, desiderio spiritus mei, / quae vixit mecum an(nos) XIIX, menses III, dies XIII, /
quod vixi cum ea sine querella. / Nam nunc queror apud manes eius et flagito / Ditem aut et
me reddite coniugi meae, quae / mecum vixit ta<m=N> concorde ad fatalem diem. / Mevia
Sophe impetra, si quae sunt Manes, ne / tam scelestum discidium experiscar diutius. / Hospes,
ita post obitum sit tib<i=E> terra levis, ut tu / hic nihil laeseris, aut si quis laeserit nec superis
/ comprobetur nec inferi recipiant et sit ei terra gravis.

21 Learned Pedana

CIL 6, 17050

Rome. Late 1st century AD

Ingratae Ven{a}eri / spondebam munera / supplex, erepta co(n)iux / virginitate tibi.
Persepho/ne votis invidit pallida nos/tris et praematurum fun{a}e/re te rapuit. Sup{p}remum /
versus munus Donatus / et aram et gratam scal/psit, docta Pedana, / chelyn. Me nunc torquet /
amor; tibi tristis cura / recessit. Let{i}haeoque / iaces condita sarcophago.

22 Embalming and venerating a deceased wife

CIL 6, 30102

Rome. AD 50-100

] / et quae rara fides toris [...]. / Multos cum caperet superba forma, / blando iuncta viro
pudica mansit, / qui nunc pro meritis bene adque caste / corpus, quod potuit negare flammae, /
unguento et fol<i=E>o rosisque plenum / ut numen colit anxius merentis. / Parcas, oro, viro
puella parcas, / ut possit tibi plurimos per annos / cum sertis dare iusta, quae dicavit, / et
semper vigilet lucerna nardo.

23 Portrayed as a goddess

CIL 6, 15592-4 = *ILS* 8063a-c

Rome. Early 2nd century AD

[On the lintel] Claudiae Semne, coniugi dulcissimae, / M(arcus) Ulpius Aug(usti) lib(ertus)
Crotonensis.

[On the marble plaque] Claudiae Semne, uxori, et / M(arco) Ulpio Crotonensi, fil(io), /
Crotonensis Aug(usti) lib(ertus) fecit. / Huic monumento cedet / hortus in quo tricliae, /
viniola, puteum, aediculae, / in quibus simulacra Claudiae / Semnes in formam deorum, ita uti
/ cum maceria a me circumstructa est. / H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur).

[On the altar] Fortunae, / Spei, Veneri / et / memoriae / Claud(iae) Semnes / sacrum.

24 An Alcestis to her husband

IGUR 322 = IG 14, 1368

Rome. AD 150-250

Ἄλκηστις τοῦνομα | τῶιδ' ἐπὶ τύμβῳ κεῖμαι σὺν θυγατρὶ Ἑρμιόνη | βιώσασα δ' καὶ κ' ἔτος·
πα||τρὶς δ' ἔμοι ὑπάρχει Ἀσίη|θεν Ἀφροδισιάς· εὐσεβείης δὲ εἵνεκα, ἧς τοῦνομα | ἐκόσμησα,
καὶ γέγονα Ἄλ|κηστις ἐκείνη ἢ πάλαι φίλανδρος ἦν καὶ θεοὶ καὶ βρο||τοὶ ἐμαρτύρησαν
σωφροσύνης εἵνεκα· τού|των δ' ἔμοι μίζων μάρ|τυς σύμβιος· ὃς καὶ εὐ||σεβίην πᾶσαν εἰς ἐμὲ |
ἐξετέλεσεν, ὧι καὶ θε|οὶ ἀμοιβὰς καὶ τὰ δίκαια | τὰ ἡμέτερα ἀποδοῖεν· | Κλ(αύδιος) Μάξιμος
ιδίαι || συμβίῳ καὶ θυγατρὶ | μνήμης εἵνεκα ἐποίει.

25 An oath to remain a widower

CIL 11, 1491 = ILS 8461

Pisae, Italy (7). 1st half 2nd century AD

D(is) Manibus) Scriboniae Hedone. / Q(uintus) Tampus Hermeros / coniugi karissimae
fec(it), c<um=ON> qua vix(it) an(nos) XVIII sin(e) / querella. Cuius desiderio iuratus se post
ea(m) / uxore(m) non habituru(m).

26 A pledge to remain a widow

CIL 6, 35050

Rome. 2nd century AD

Dis Ma(nibus). / L(ucio) Cornificio Philargyr[o], / vixit annis XXIII, fecit / Articuleia Iris
coniugi bene / [m]erenti karissimo, cui iuravi ne / [po]st obitum (h)uius coniuge(m) habere /
[vel]im, libertis liberta(bu)s(q)ue eius. / [Sig]nator et tu fiduciari cave malum.

27 The wife live on in the memory of the husband

CIL 6, 11082 = IGUR 310

Rome. 2nd century AD

M(arcus) Aemilius M(arci) f(ilius) Ianuarius / Catiliae Marcianae co(n)iugi incomparabili, /
dulcissimae, pientissimae, castissimae, / quae vixit annis XXXII, menses(!) VI, diebus V / et
cum qua vixi annis XIII cum magna dulcitudine. / Somno aeternali sacrum. / Fecer(unt) et
fil(ii) M(arcus) Aemilius Agathemer et M(arcus) / Aemilius Marcianus et Aemilia Ingenua, /
quae et Marciana{e}, matri pientissimae, dul/cissimae, sanctissimae.

[Εὐ]ψύχι τέκουσα· οὐδεὶς ἀθάνατος.

Somno aeternali sacrum. / Fecerunt et libertis libertabusque po/sterisque eorum. / Invide, quid
gaudes? Illa hic mi mortua vivet. / Illa meis oculis aurea semper erit. / Et QQ(uintorum)
Muci(or)um Eutacti et Iuliani lib(ertis) liber/tab(us)q(ue) posterisq(ue) eorum.

28 Hoping to be reunited in death

CIL 6, 18817 = ILS 8006

Rome. 2nd century AD

Animae sanctae colendae / d(is) M(anibus) s(acrum). / Furia Spes L(ucio) Sempronio Firmo /
coniugi carissimo mihi. Ut cognovi, / puer puella obligati amor<e=I> pariter; / cum quo vixi

tempor<e=I> minimo, et / quo tempore vivere debuimus, / a manu mala diseparati sumus. / Ita peto vos, Manes sanctissimae, / commendat[um] habeatis / meum ca[ru]m et vel{l}itis / huic indulgentissimi esse / horis nocturnis / ut eum videam / et etiam me fato suadere / vel{l}it, ut et ego possim / dulcius et celerius / aput eum pervenire.

29 Posthumous assimilation to a legendary queen

IG 14, 499 = SEG 58, 1044

Catania, Sicily. 2nd - 3rd century AD

Τύμβον ὀρᾶς, παροδεῖτα, [πε]ρικλειτῆς | Ῥοδογούνης
 ἦν κτάνεν οὐχ ὀσίως | λάεσι δεινὸς ἀνὴρ·
 κλαῦσε δὲ καὶ τάρ|χυσε Ἀβιάνιος ἦν παράκοιτιν
 καὶ || βαῖην στήλῃ τήνδ' ἀπέδωκε χάριν· |
 5 ὄνομα τὸ πρὶν με πᾶς ἔκλιζεν | Ἐπαγαθῶ, |
 νῦν δὲ Ῥοδογούνην βασιλίδος | τὸ ἐπώνυμον.

30 Ideals of romantic love

CIL 8, 27380 = MAD 1541

Thugga, Africa Proconsularis. Late 2nd – early 3rd century AD

Dis est sacratus Manibus / hic tumulus, / qui tegit ossa piae / C[...].ae, V(ibi) f(iliae),
 Numisiae / Marcell[in].ae, Quinti / [...].O[...].uxo[ris], / [*in verse*] quorum quo<d=T> sic sunt /
 coniuncta sepulcra / testantur quam concor/des exegerint aev<u=O>m; / quos nec mors potuit
 / sei(u)ngere longe / crudelis quae sola potest / disiu(n)gere amantes.

31 True love

CIL 8, 7427 = ILaI 2, 1, 1244

Cirta, Numidia. Late 2nd – early 3rd century AD

[*On the tabula ansata*] L(ucius) Iulius / Episucus / v(ixit) a(nnos) XI

[*On the left altar*] D(is) M(anibus). / L(ucius) Iulius / Candidus / v(ixit) a(nnos) LXXX, / qui
 vere / vi<x=CS>it. / O(ssa) t(ibi) b(ene) q(ui)escent).

[*On the right altar*] D(is) M(anibus) / Sittiae Spen[is?]. Quisquis a/mat coniunx, / hoc
 ex{s}emplo con/iungat amore(m). / Est autem vitae dulce / solaciolum hac. / Abit ad superos
 cum / filio Episuco karissi/mo nostro. Vixit / a(nnos) LVII; h(ic) s(ita).

32 Killed by witchcraft

CIL 8, 2756 = PCV 41

Lambaesis, Numidia. Late 2nd - early 3rd century AD

Quae fuerunt praeteritae / vitae testimonia nunc decla/rantur hac scri<p=B>tura postre/ma.
 Haec sunt enim mortis / solacia, ubi continetur nom[i]/nis vel generis aeterna memo/ria. Ennia
 hic sita est Fructu/osa, karissima coniunx, cer/tae pudicitiae bonoque obse/quo laudanda
 matrona. / XV anno marit<ae=I> nomen acce/pit, in quo amplius quam XIII / vivere non
 potuit. Quae non / ut meruit ita mortis sortem / retulit: carminibus defi/xa iacuit per tempora
 mu(l)/ta, ut eius spiritus vi / extorqueretur quam / naturae redderetur. / Cuius admissi vel
 Ma/nes vel di Caelestes e/runt sceleris vindices. / Aelius haec posuit Procu/linus ipse maritus,
 legio/nis tantae III Augustae / tribunus.

33 A long and stable marriage

IMS 3, 2, 46 = *ILJug* 3, 1303

Timacum Minus, Moesia superior. Late 2nd – early 3rd century AD

D(is) M(anibus). / T(itus) Iul(ius) Satur/nin(us) vet(eranus) ex dec(urione) / coh(ortis) II
Aur(eliae) Dar(danorum) / sibi viv(o) et Ovi/diae Pudentil/ae coniugi ka/rissimae, [*in verse*]
cum qua conubio / stabili quin/quagint(a) an/nos sine secessu / dulciter / egit.

34 A loving couple

CIL 6, 10281

Rome. ca. AD 270

C(aius) Servienius Demetrius, / mar(itus), f(ecit) Viviae Severae, / uxori san(c)tissimae, et /
mihi. Q(uae) <v=B>ixit mecum an/nis XXII, mens(ibus) VIII, die(bu)s V, / in quibus semper
mihi / bene fuit cum illa. / Pancrati hic.

35 Visiting her husband's tomb

CIL 5, 2108 = *ILS* 8453

Acelum, Italy (10). 3rd-4th century AD

/ qui vixi[t] an[nos] / plus minus XL. / Martina cara coniux, / quae venit de Gallia / per
mansiones L, ut / commemoraret memoriam du[lcis]/[si]mi mariti sui. / Bene qu(i)escas
dulcissime / marite.

36 Divorce and remarriage

CIL 12, 4949

Narbo, Gallia Narbonensis. Mid 1st century AD

V(ivit) / C(aius) Livanius Maximi l(ibertus) Auctus / sibi et <<Corneliae Sex(ti) f(iliae)>> /
Maxumae uxori.

37 Two wives buried together

CIL 11, 1471 = *InscrIt* 7, 1, 47

Pisae, Italy (7). 1st century AD

P(ublius) Ferrarius / Hermes / Caecinae Dignae, / coniugi karissimae, / Numeriae Maximillae
/ coniugi bene / merenti / et P(ublio) Ferrario Pro/culo, filio, et poste/risque suis.

38 A tomb for three wives

CIL 14, 5026 = *IPOstie-A*, 182

Portus, Italy (1). Mid 2nd century AD

L(ucius) Mindius Dius / fecit sibi et Genucia / Tryphaenae, coniugi / incomparabili, cum qua
/ vixit annis XXIII, mens(ibus) III / et Lucceiae Ianuariae ma/rit«ae et Anniae Laveriae
contu<b=V>erna/li suae sanctissimae» / et libert(is) libertab(usque) suis poster(is)q(ue)
eor(um). / H(oc) m(onumentum) e(xterum) h(eredem) n(on) s(equetur). / In fronte p(edes)
XXX in agro p(edes) XXXXI.

39 True to two husbands

CIL 5, 7453

Vardagate, Italy (9). 2nd – 3rd century AD

D(is) M(anibus) / et memoriae / Simplici {h}ave / Statiliae / Tigridis. / Vixit ann(os) XXXVI.
/ [In verse] O formosa nimis semperque pudica maritis / duobus recubuisti toris, ubi duos
natos dedisti amoris. / Qui primus ille fuit si potuisset vincere fata, / hunc titulum laudis
posuisset ille tibi. / Sed ego, infelix, qui te talem carui ecce modo / frunitus sexdecim annis
castitate et amore tui. / [In prose] V(ivus) p(osuit) P(ublius) Vibius / Verissimus / coniugi
incomparabili et sibi. / Euphilus Simplicio.

40 Thrown into the Tiber by her husband

IPOstie-A, 210 = ISIS 321

Portus, Italy (1). 2nd century AD

Restutus Piscine(n)sis / et Prima Restuta Primae / Florentiae, filiae carissimae, / fecerunt,
qui(!) ab Orfeu marit<o=V> in / Tiberi (vita) decepta est. December cognatu(s) / posuit.
Q(uae) vix(it) ann(os) XVI(s)emis).

41 Murdered by her husband

CIL 13, 2182 = ILS 8512

Lugdunum, Gallia Lugdunensis. Early 3rd century AD

D(is) M(anibus) / et quieti aeternae / Iuliae Maianae, femi/nae sanctissimae, manu / mariti
crudelissim(i) inter/fect(ae), quae ante obi(i)t quam fatum / dedit, cum quo vix(it) ann(os)
XXVIII, ex / quo liber(os) procreav(it) duos: puerum / ann(or)um XVIII, puellam annor(um)
XVIII. / O fides, o pietas! Iul(ius) Maior fra/ter sorori dulciss(imae) et [Ing]enuinius /
Ianuarius fil(ius) eius p(onendum) [c(uraverunt) et su]b a(scia) d(edicaverunt).

II. Mothers

42 Providing an example for her daughter

CIL 8, 8123 = ILS 2, 1, 281

Rusicade, Numidia. Imperial period

Pompeia Chia / v(ixit) a(nnos) XXV; h(ic) s(ita) e(st). / Opto meae caste contingat vi/vere
natae, ut nostro / exemplo discat amare / virum.

43 Praise of a mother: the *Laudatio Murdiae*

CIL 6, 10230 = ILS 8394

Rome. Early 1st century AD

] Murdiae, L(uci) f(iliae), matris. / [...] sed propriis viribus adlevent cetera, quo firmiora /
probabilioraque sint. / Omnes filios aequae fecit heredes, partitione filiae data. Amor /
maternus caritate liberum, aequalitate partium constat. / Viro certam pecuniam legavit, ut ius
dotis honore iudici augeretur. / Mihi revocata memoria patris eaque in consilium et fide sua
adhibita, aestumatione facta, certas res testamento praelegavit, / neque ea mente, quo me
fratribus meis quom <e=F>orum aliqua / contumelia praeferret, sed, memor liberalitatis patris
mei, / reddenda mihi statuit, quae iudicio viri sui ex patrimonio / meo cepisset, ut ea us{s}u
suo custodita proprietati meae resti/tuerentur. / Constitit ergo in hoc sibi ipsa, ut a parentibus
dignis viris data / matrimonia o<b=P>sequio probitate retineret, nupta meritis gra/tior fieret,

fide carior haberetur, iudicio ornatior relinquere/tur post decessum consensu civium
 laudaretur, quom discriptio / partium habeat gratum fidumque animum in viros, aequalita/tem
 in liberos, iustitiam in veritate. / Quibus de causeis {Q} quom omnium bonarum feminarum
 simplex simi/lisque esse laudatio soleat, quod naturalia bona propria custo/dia servata
 varietates verborum non desiderent, satisque sit / eadem omnes bona fama digna fecisse et
 quia adquirere / novas laudes mulieri sit arduom, quom minoribus varieta/tibus vita iactetur,
 necessario communia esse colenda, ne quod / amissum ex iustis praecepteis cetera turpet. / Eo
 maiorem laudem omnium carissima mihi mater meruit, quod / modestia, probitate, pudicitia,
 opsequio, lanificio, diligentia, fide / par similisque ceteris probeis feminis fuit, neque ulli
 cessit vir/tutis laboris sapientiae periculorum praecipuam aut certe [

44 A mother and a daughter drowned at sea

CIL 6, 20674

Rome. AD 160-170

[*On top*] D(is) M(anibus).

[*On the frieze above the relief*] Iuliae Secundae, filiae, Corneliae Tyches, uxoris,

[*Below the bust of Julia Secunda*] et forma singulari et / moribus piissimis, doctri/naq(ue)
 super legitimam / sexus sui aetatem prae/stantissimae, quae vixit / annis XI, mens(ibus) VIII,
 d(iebus) XX.

[*Below the bust of Cornelia Tyche*] et incomparabilis erga / maritum adfectus sancti/tatisque
 et eximiae erga / liberos pietatis, quae / vixit annis XXXVIII, mens(ibus) III, d(iebus) VII,
 ex is mecum ann(os) XI.

[*On the right side of the monument; in verse*] Iam datus est finis vitae, iam / paussa malorum /
 vobis, quas habet hoc gnatam / matremq(ue) sepulcrum. / Litore Phocaico pelagi vi /
 exanimatas / illic, unde Tagus et nobile / flumen Hiberus / vorsum ortus, vorsum occa/sus fluit
 alter et alter, / stagna sub oceani Tagus et / Tyrrhenica Hiberus: / sic etenim duxere ollim /
 primordia Parcae / et never<unt=E> super vobis vitalia fila, / cum primum Lucina daret /
 lucemq(ue) animamque, / ut vitae diversa dies foret u/naque leti. / Nobis porro alia est trino /
 de nemine fati / dicta dies leti, quam pro/pagare suopte / visum ollis tacito arbitrio / cum lege
 perenni / sisti quae cunctos iubet ad / vadimonia mortis.

[*First letters of each line of the verse epigram*] Iulius Secundus

45 A mother breastfeeding her children

CIL 6, 19128 = *ILS* 8451

Rome. 2nd or 3rd century AD

Graxiae Alexandriae / insignis exempli / ac pudicitiae, / quae etiam filios suos / propriis
 uberibus educavit. / Pudens Aug(usti) lib(ertus) maritus / merenti. Vix(it) ann(os) XXIII,
 m(enses) III, d(ies) XVI.

46 A nursing mother

RIU 5, 1153 = *ILS* 9169

Intercisa, Pannonia inferior. AD 240-260

D(is) M(anibus). / Ael(io) Munatio, / caps(ario) coh(ortis) |(miliariae) Hem(e)s(enorum) / st<i=U>p(endiorum) XXVIII, dom(o) / Sam(osata). Aur(elia) Cansa/una, con(iux), Ant(onio) / Basso vex(illario), sec(undo) her(ede), / sanctiss(imo) coniug[i] / c<um=ON> se natib(us)q(ue) suis / fecit / m(onumentum) m(emoriae).

47 A mother of three

AE 1985, 355

Ricina, Italy (5). 3rd century AD

D(is) M(anibus). / Herennia, L(uci) f(ilia), Cervilla / uxor. Vixi annis(!) XVIII et / diem tricesimum. / Liberis tribus relictis / vita(m) finivi dolens. / Co(n)iux karus ut memoriae / posuit hoc viv<u=O>s mihi, / ut prodesset in suppre/mis talem titulum / consequi. C(aius) Carrenas / Verecundus coniugi / incomparabili b(ene) m(erenti).

48 Dying in childbirth

RSK 310 = *IKoeln* 414

Colonia Claudia Ara Agrippinensium, Germania inferior. C. AD 20

Bellae, Von/uci f(iliae), Remae, / Longinus / vir {illa}eius / fecit pie.

49 Relief at successful childbirth

CIL 4, 8820

Pompeii, Italy (1). AD 77

X K(alendas) Febr(u)a(rius), / Ursa peperit die{m} / Iovis.

50 Announcement of birth

CIL 4, 294

Pompeii, Italy (1). Before AD 79

Iu(v)enilla.

Nata / die Satu(rni), (h)ora secu(nda) v(espertina), / IIII Non(as) Au(gustas).

51 Death after four days of labour

CIL 3, 2267

Salona, Dalmatia. Imperial period

D(is) M(anibus). / Candidae, coniugi bene me/renti, ann(orum) p(lus) m(inus) XXX, qu(a)e me/cum vixit ann(os) p(lus) m(inus) VII, / qu(a)e est cruciata ut pari/ret diebus IIII et non pe/perit et est ita vita fu/ncta. Iustus, conser(vus), p(osuit).

52 Death during the fourth pregnancy

CIL 6, 28753

Rome. Imperial period

[First letter of each verse] Veturia Grata

Vel nunc morando resta, qui perges iter, / etiam dolentis casus adversos lege, / Trebius Basileus, coniunx, quae scripsi dolens, / ut scire possis infra scripta pectoris. / Rerum bon<is=ARUM> fuit haec ornata, suis / innocua, simplex, quae numquam ser<v=B>a<v=B>it dolum, / annos quae vixit XXI et mensibus(!) VII / genuitque ex me tres natos, quos reliquit

par<v=B>ulos. / Repleta quartum utero mense octavo obi(i)t. / Attonitus capita nunc versorum inspicere, / titulum merentis oro perlegas libens. / Agnosces nomen coniugis Gratae meae.

53 Mother and daughter dying during childbirth

CIL 6, 10971 = *IG* 14, 1983 = *IGUR* 1147

Rome. 2nd – 3rd century AD

[D(is)] Θ(εοῖς) Κ(αταχθονίοις) Μ(anibus). |
Εἴκοσιν ἔξ λυκάβασιν ἐγὼ ζήσασα Σαβεῖνα |
καὶ μῆσιν τέτρασιν, εἴτ' ἐν δέκατον πάλιν ἤμαρ |
τῇδε σορῶ κεῖμαι θυγατρὸς μέτα, ἥ με δῖωξεν ||
διξαμένη στοργὴν φιλομήτορα, δόγμασι Μοιρῶν.

Hic iacet exanimis tumulis Aelia / Sabina / cum sua nata simul fetu, quem / procreat ipsa. / O Fortuna, fidem quantam / mutasti maligne: / quem genuit genetrix secum / tenet in lare Ditis.

54 A mother longing for her daughter

CIL 9, 4933 = *CIL* 1, 1837

Trebula Mutuesca, Italy (4). Mid 1st century BC

Posilla Senenia, Quart(i) f(ilia), Quarta Senenia, C(ai) l(iberta). / Hospes resiste et pa[rite]r scriptum perlig[e]: / matrem non licitum ess[e uni]ca gnata fruei, / quam nei esset, credo, nesci[o qui] invidit deus. / Eam quoniam haud licitum [est v]eivam a matre ornare[r], / post mortem hoc fecit aeq[uo]m extremo tempore: / decoravit eam monumento quam deilexerat.

55 A mother burying a daughter

CIL 9, 4255

Amiternum, Italy (4). Imperial period

Cl(audiae) Fortunat(a)e. / Cl(audia) Quartilla / filiae dulcissi/m(a)e, Iulia Foebe / matri et Claud(i) / Felix Fortunat(us) / sorori pientis(simae). / O ind(ignum) fac(inus): mat(er) fil(iae) m(onumentum) f(ecit).

56 A dialogue between a deceased mother and her son

CIL 8, 9513 = *ILS* 8144

Caesarea, Mauretania Caesariensis. Imperial period

Dul(cissima) mater. / Sallustius Honoratus Clau/diae Extrikatae, matri karissimae, / quod tu mihi, vel quos m<i=Y>seros ex/orbato reliquisti, debuisti face/re. Haec cum scriberem, lacrimis / atramentum temperavi. Dulcis/sima mater filiis salutem: quid sta/tis et recitatis titulum monumenti / mei? XLV annis vobis vixi; in / XLVI excidi, quando datum est.

57 Sorrow for the death of a son

AE 1911, 72 = *AE* 1913, 70 and *CIL* 4, 9160

Pompeii, Italy (1). Before AD 79

[The tomb inscription] C(aio) Vestorio Prisco, aedil(i). / Vixit annis XXII. / Locus sepulturae datus et in / funere HS II(milia) / d(ecreto) d(ecurionum). / Mulvia Prisca, mater, p(ecunia) s(ua).

[*Graffito on the tomb*] [Mulvia Prisca, quae so]let hic dolorem / [effundere et pacem] non h(a)bet.

III. Daughters

58 Flavia Athenais

CIL 6, 34114

Rome. Late 1st century AD

Dis Manibus. / Flaviae Athenaidi / Apollonius / Imp(eratoris) Domitiani Aug(usti) / Germ(anici) ser(vus) pecul(iaris) et / Flavia Pallas parentes / filiae carissimae fecer(unt). / Vixit mensibus VIII, diebus XXVI. / [*In verse*] Rapta sinu matris, iacet hic miserabilis infa(n)s / ante novem plenos lunae quam viveret orbes. / Hanc pater et mater maesti flever<unt=E> iacentem / parvaeque marmoreo clausurunt membra sepulc{h}ro.

59 Hateria Superba

CIL 6, 19159 = *ILS* 8005 = *RICIS* 2, 501/0201

Rome. AD 100-110

Di{i}s Manibus / Hateriae Superbae, quae / vixit anno I, me(n)sibus VI, dieb(us) XXV. / Feceru<nt=M> parentes infelicissimi / filiae suae / Q(uintus) Haterius Ephebus et Iulia Zosime sibi et suis.
[*Under the relief*] Di{i}s Manibus. Locus occupatus / in fronte p(edes) VII, in agro p(edes) IIII.

60 Two Greek girls dying around the age of 1

IGUR 544 = *IG* 14, 1609

Rome. Imperial period

Θεοῖς Δαί{μ}μο[σιν]· | Εὐποσίᾳ ζησάσ(η) ἐνιαυ[τὸν] | καὶ {MII} μῆν(ας) ια', ἡμέρ(ας) ιζ', | Ζωσίμῃ ζησάσ(η) μῆν(ας) η'· || <Z>ὥη μήτηρ ἐποίησε | τέκνοις γλυκυτάτ[οις].

61 Aemilia Donativa

CIL 8, 16572 = *ILAlg* 1, 3165

Theveste, Numidia. Imperial period

D(is) M(anibus) s(acrum). / [A]emilia Donativa / v(ixit) a(nnos) I, m(enses) IIII, d(ies) XIII. H(ic) s(ita) e(st), / quae dulcior vixit rosa. / Turbo pat(er) et Designata / mat(er) fil(iae) fec(erunt).

62 Cornelia Anniana

CIL 14, 2482 = *ILS* 8488

Castrimoenium, Italy (1). Imperial period

D(is) M(anibus) / Corneliae An/nian(a)e, filiae ia/m garrul(a)e bi/mul(a)e nondu/m, quae vixit / anno uno, m(ensibus) III, / d(iebus) X, dulcissim(ae) / parentes / f(ecerunt) d(e) s(uis).

63 Anthi Chrysostoma

CIL 6, 34421

Rome. Imperial period

Anthidi Chrysostom(ae), / suavi, loquaci av(i)c(u)lae, garru/lae, quae vixit annis III, men/sibus V, diebus III. Faenome/nus et Helpis, parentes / infelicissimi, filiae caris/sima(e), vociclae, me[ll]i[tissimae], bene / merenti titulum fecerunt. / Porcius Maximus et Porcia / Charita et Porcia Helias / et Sardonux et Menophi/lus, qui eam nutrierunt / in diem mortis eius.

64 Better not to be born

CIL 13, 7113 = *CSIR* D 2, 6, 88

Mogontiacum, Germania superior. Mid 2nd century AD

D(is) M(anibus). / Telesphoris et / maritus eius, parentes, / filiae dulcissimae. / Queri necesse est de / puellula dulci: / ne tu fuisses, si futura - / tam grata - brevi reverti, / unde nobis edita / nativ<u=O>m esset et paren/tibus luctu. / Semissem anni vixit / et dies octo. / Rosa simul florivit / et statim periit.

65 On the death of a young girl

CIL 5, 6808 = *CIL* 1, 2161

Eporedia, Italy (11). 1st century BC

C(ai) Paguri C(ai) l(iberti) Gelot[i]s. / Hospes resiste et tumulum hunc excelsum aspic[e], / quo continentur ossa parvae aetatulae. / Sepulta haec sita sum, verna quouis aetatulae. / Gravitationem officio et lanificio praestit[e]i. / Queror fortunae cassum tam iniquom et grave[m]. / Nomen si quaeras, exoriatur Salviae. / Valebis, hospes, opto ut s<e=C>is felicior.

66 A daughter dying at the age of 7

CIL 6, 21846

Rome. Imperial period

Umbrarum segura quies animaeq(ue) pior(um) / laudatae, colitis quae loca sancta Erebi, / sedes insontem Magnillam ducite vestras / per nemora et campos protinus Elysios. / Rapta est octavo Fatis instantibus anno, / carpebat vitae tempora dum tenerae. / Formosa et sensu mirabilis et super annos / docta, decens, dulcis, grataque blanditiis. / Perpetuo talis gemitu lacrimisq(ue) colenda / infelix aevo tam cito quae caruit; / an felix aegrae potius subducta senectae? / Sic Hecuba flevit Penthesilea minus.

67 Dying just before her wedding day

CIL 3, 2875

Nedinum, Dalmatia. Imperial period

Opiniae, M(arci) f(iliae), Neptil<I=I>ae / annor(um) XIII, virg(ini) desp(eratae), / prope diem nuptiar(um) def(unctae). / M(arcus) Op[i]n[i]us Rufus et / Gellia Neptil<I=I>a, parentes.

68 The early death of a daughter and a cursed wife

CIL 6, 20905

Rome. c. AD 80

[*On the front*] Dis Manibus / Iunia, M(arci) f(iliae), Proculae. Vix(it) ann(os) VIII, m(enses) XI, d(ies) V. Miseros / patrem et matrem in luctu reliqui<t=D>. Fecit M(arcus) Iuniu[s ...] / Euphrosynus sibi et [[...]]e; tu sine filiae et parentium in u[no ossa] / requ(i)escant. Quidquid nobis feceris, idem tibi speres; mihi crede, tu tibi testis [eris].

[*On the back, in verse*] Hic stigmata aeterna Acte libertae scripta sunt vene/nariae et perfidae dolosae duri pectoris: clav<u=O>m et restem / sparteam, ut sibi collum alliget, et picem candentem, / pectus malum com<b=M>urat suum. Manumissa grati(i)s / secuta adulterum patronum circumscipit et / ministros ancillam et puerum lecto iacenti / patrono abduxit, ut animo desponderet solus / relictus spoliatus senex. E(t) Hymno, {f}<e=F>ade(m) sti(g)m(a)ta / secutis / Zosimum.

69 Blaming a freedman for the death of a daughter

CIL 6, 12649

Rome. 1st or 2nd century AD

[*First lines missing*] Cuius pater, natus miser, deside/rio natae diem et noctem cum / lacrimis traxit vitam malam. / Mortuum me quoque funerari / iussi, rebus lugubri(bu)s, quibus viv<u=O>s par/avi, lecto, stragulis, forensi(bu)s, paenula / nigris omnibus. Ossa mea in aram mix/ta cum filiae una requiescunt, hoc / solacium mecum erit. Circa aram lib/ertis libertabusque posterisque / eorum et quibus permiserint, hac lege, ut / quotiens quis eorum suis coronas ponent et / {quotiens quis eorum suis coronas ponent et} / aram nostram coronent. Atimeto lib(erto), / cuius dolo filiam amisi, restem et clavom(!), / unde sibi collum alliget.

70 A girl who looked like a boy

CIL 6, 19007

Rome. 2nd century AD

[*On top*] Geminiae Agathe Matri, dulcissimae.

[*Flanking the text*] D(is) M(anibus).

[*In verse*] Mater nomen eram, mater non lege futura: / quinque etenim solos annos vixisse fatebor / et menses septem, diebus cum vinti duobus. / Dum vixi lusi, sum cunctis semper amata. / Nam pueri voltum, non femin(a)e, crede, gerebam, / quam soli norant Agathen qui me genuerunt, / ingenio docili, forma pulchra ac veneranda, / rufa coma, tonso capite pos{t}rema remisso. / Convivae cuncti nunc mi bona pocula ferte / diciteque ut semper meo corpori terra levis sit. / Nec parvae doleat requiem mei perqua(m) Faventius, / nutritor plus quam genitor, <q=O>ui solam amavi<t=I>. / Est mihi nam mater, pater et praecesserat olim / nec doluit casum, soror est et matris amoenae / tristis et ipsa meae mortis, quos cuncti parentes / solando vitae dulci retinete precantes, / ne dolor augeat seu maeror tristis abundet. / Qui legitis t<o=D>tum nomen si nosse velitis, / noscetis Geminiam Agathen, quam mortis acerbus / eripuit Letus, teneramque ad Tartara duxit.

[*Lower margin*] Hoc es<t=I>, sic est, aliu<t=E> fieri non potest. Hoc ad nos.

71 A daughter dying at the age of 10

CIL 13, 2108

Lugdunum, Gallia Lugdunensis. 2nd century AD

D(is) M(anibus) / et memoriae / Cl(audiae) Victoriae, / quae vixit ann(os) X, / mens(em) I, dies XI. / Claudia Severi/na, mater, filiae / dulcissimae et sibi viva fecit, / sub ascia dedi/cavit.

72 Deceiving the hopes of her parents

CIL 10, 2601 = *LIKelsey* 152

Misenum, Italy (1). 2nd – early 3rd century AD

D(is) M(anibus). / Iulia Marulla pa/rentibus dulcissima, / q(uae) vixit ann(is) XIII, m(ensibus) VIII, / dieb(us) IIII. Virgo decep/trix vale.

73 A girl murdered for her jewellery

CIL 3, 2399 = *ILS* 8514

Salona, Dalmatia. Late 2nd – 3rd century AD

D(is) M(anibus) / Iul(iae) Res/tutae in/felicissi/mae, inter/fectae / annor(um) / X caus(a) or/namentor(um). Iul(ius) / Restut(us) et / Statia Pudentill(a), parent(es).

Cf. *CIL* 6, 5302 lines 5/6: Vestitu indulge, splendentem supprime cultum. / Sic praedo hinc aberit, neq(ue) adulter erit.

IV. Grandmothers

74 A grandmother raising her grandchild

CIL 5, 3710

Verona Italy (10). Imperial period

D(is) M(anibus). / Postumiae / Paulin(a)e M(arcus) Ca/varasius Secun/dus co(n)iug(i) incom/parabil(i), quae vixit me/cum ann(os) XXXVII sine quaer/rella ulla, et sibi v(ivus) f(ecit) et / Marcii Cavarasii Maxi/mianus et Aurelianus ma/tri b(ene) m(erenti) et Cavarasia Faus/tina aviae et nutrici su(a)e.

75 A grandmother burying a granddaughter

CIL 6, 18282b

Rome. Imperial period

Dis Manibus / Flaviae Apollinari, / nepti suae. Vix(it) a(nnos) VIII. / Quod neptis aviae facer(e) / debuit, avia fecit nepti / suae sacr(ae).

76 The parents and grandmother together burying a girl

CIL 6, 27259

Rome. 2nd century AD

Dis Man(ibus) / Terentiae Spe. / Vix(it) an(nos) III. / Fecerunt pa/rentes pien/tissimi et / avia et tata.

V. Siblings and Other Relations

77 Two sisters

AE 1981, 442

Altinum, Italy (10). AD 1-30

Popillia, P(ubli) l(iberta), Amoena / sibi et / Popilliae, P(ubli) l(ibertae), Musae, / sorori, v(iva) f(ecit).

78 Siblings

AE 1973, 46

Rome. Early 3rd century AD

D(is) M(anibus). / Sossiae Mar/ciae, dulcissi/mae et bene meren/ti Heraclida, frater, sorori ca/rissimae.

79 Aunt and mother-in-law

CIL 2, 4476 = *IRC* 2, 50

Aeso, Hispania Tarraconensis. 2nd century AD

Por[ciae ... f(iliae)] / Ca[tullae]. / Porcia M(arci) [f(ilia)] / Ca[t]ulla / amitae et / socrui / optimae.

80 A sister / cousin dying after childbirth

CIL 3, 14352 = *TitAq* 2, 625

Aquincum, Pannonia inferior. Late 1st – early 2nd century AD

Flavia Aiulo, / ann(or)um XX, h(ic) s(ita) e(st). / Gallio so/rori pientis(simae) / et Avitus / consobrin(a)e / pientissim[ae] / [

81 A niece

CIL 6, 10566

Rome. Late 1st century AD

Dis Man(i)b(us). / Acu(v)ia Polla so/roris filiae / bene merent(i) / fecit Marcia(e) / Bassillae. Vixit / annis XII.

82 A girl's pedagogue and her 'mummy'

CIL 6, 2210 = *ILS* 4999 = *IGUR* 707

Rome. Mid 1st century AD

Di{i}s Propiti(i)s. / Claudia Ti(beri) f(ilia) Quinta / C(aio) Iulio Hymeto, aedituo / Dianae Plancianae, / paedagogo suo καὶ καθηγητῇ, item / tutori a pupillatu / ob redditam sibi / ab eo fidelissime / tutelam, et C(aio) Iulio / Epitynchano, fratri / eius, et Iuliae Sporidi, / mammae suae, f(ecit) / lib(ertis) libertabusq(ue) poste(risque) eor(um).

83 'Mummy' and 'daddy'

CIL 6, 36353 = *ILS* 8548

Rome. Imperial period

D(is) M(anibus) Silviae, vix(it) anni(s) III, mens(ibus) II. dieb(us) IX. / Claudius Protomachus et Claudia Damal(e) / filiae et Salonijs Epictetus, tata, et / Aphrodisia, mamma, fec(erunt).

VI. Foster Families and Stepfamilies

84 Commemorated by the husband and foster-parents

CIL 9, 4755

Reate, Italy (4). 1st century AD

[A]nchariae Niceni, / q(uae) v(ixit) a(nnis) XXI, mensibus sex. / C(aius) Ancharius Martinus / coniugi bene merenti / et parentes eius / alumnae pientissimae / fecerunt.

85 Mourning the death of a foster-daughter

CIL 11, 3771

Careiae, Italy (7). 2nd century AD

D(is) M(anibus). / Terentiae P(ubli) f(iliae) Asiaticae / P(ublius) Terentius Quietus alumn(ae).
/ [*in verse*] Hic iacet exanimus / dilectae corpus alumnae, / quam Parcae insontem /
merserunt funere acerbo - / nondum etenim vitae decimum / compleverat annum - / et mihi
crudeles tristem / fecere senectam. / Namque ego te semper, / mea alumna Asiatica, quaeram /
adsidueque tuos voltus / fingam mihi m(a)erens / et solamen erit quod te / iam iamque videbo,
/ cum vita functus iungar t(u)is / umbra figuris.

86 A young foster-daughter

CIL 6, 12402

Rome. Mid 2nd century AD

D(is) M(anibus) / Arriae Ianuariae. Vix(it) / ann(is) VII, mens(ibus) VII, dieb(us) VII. /
Ti(berius) Claudius Polybianus / et Arria Augustalis alu/mnae carissimae et sibi / fecerunt
libertis liber/tabusq(ue) posterisq(ue) eorum. / T(itus) Ael(ius), Aug(usti) lib(ertus), Treptio
fecit sibi / et uxori Aeliae Capriol(a)e b(ene) m(erenti).

87 A freed slave raised as a foster-daughter?

CIL 11, 1029

Brixellum, Italy (8). 2nd century AD

D(is) M(anibus) / Iuliae Gra/phidis. Vixit / ann(os) XV, m(enses) II, d(ies) XI. / Q(uintus)
Iulius Alexan/der, VIvir Aug(ustalis) / mag(ister) Aug(ustalis) bis, et / Vaccia Iustina /
alumnae / karissimae.

88 Buried by her daughter and her foster-father

CIL 6, 23605

Rome. 2nd century AD

[*Flanking the inscription*] D(is) M(anibus).
Ostoria C(ai) f(ilia) Satria Eubulis / vixit annis XXIIIX, mens(ibus) VIII, d(iebus) XIX. /
Fonteia D(ecimi) f(ilia) Messallina matri / pientissimae et T(itus) Flavius Vitalis / alumnae
fecerunt.

89 Caninia Pia

IPOstie-A, 277

Portus, Italy (1). AD 117-161

D(is) M(anibus). / M(arcus) Vibennius Donatus, / vet(eranus) Aug(usti), fecit sibi et Can/iniae Piae, uxori, et Vibe/nnis Maximo et Quart/ulae, fili(i)s, et Caninia Pi/ae, privignae, libertis li/bertabusque p(osteris)q(ue) eorum. / Locus sive area et cr<y=U>pta sibi / concessa a L(ucio) Munatio Marino / cum itu aditu ambitu.

90 Calliope

AE 1974, 140

Along the Via Praenestina, Italy (1). 2nd century AD

D(is) M(anibus). / Aurelio Sulyciano, / qui vixit ann(is) LX et / mensibu(s) V, dieb(us) X. / Aurelia Gamice, coni/ux, et Cal(l)iope, privigna, / bene merenti posue/runt.

91 Aelia Ulpia

CIL 6, 14289

Rome. 2nd century AD

D(is) M(anibus). / L(ucius) Calvius Tergestinus fecit / Ulpiae Hieronidi, coniugi sanc/tissimae, cum qua per annos XXI / sine querella vixit et Aeliae / Ulpiae, privignae carissimae, / et sibi posterisq(ue) suis. Loco con/cesso a Pomponio Rufino, alumno.

92 Aelia Nebris

CIL 14, 3744 = *InscrIt* 4, 1, 296

Tibur, Italy (4). 2nd – 3rd century AD

Dis Manibus. / Ti(berius) Claudius Chares / Aliae Nebridi, filias/tr(a)e suae meritae. / Vix(it) annis XVI.

93 Claudia Saturnina

CIL 6, 15585 = *IMCCatania* 438

Rome. 2nd century AD

D(is) M(anibus). / Claudia Saturninae, / filiastrae Flavi Proculi, / et Claudia Syntyches. / Faustus, verna et lib(ertus), mam/mae suae et Castor, Caes(aris) n(ostri) / serv<u=O>s verna, coniugi opti/mae, bene merenti.

94 A stepmother setting up a tomb for a stepson

IPOstie-A, 10

Portus, Italy (1). 2nd century AD

D(is) M(anibus). / Albia Urbica / filiaastro M(arco) / Octa<v=B>io Aerio / dulcissimo fe/cit, qui <v=B>ixit an/nis X, me(n)s(i)bus VII, / die(bu)s XIX.

95 A dutiful stepmother

CIL 2, 5008

Olisipo, Hispania Lusitania. Imperial period

Iuliae Severae Audaleae G(aio) Fabi(o) C(ai) f(ilio) / G(aius). Fabius Tuscus optimo filio / et
piae novercae.

Chapter 2. LEGAL STATUS, CITIZENSHIP AND ETHNICITY

I. Slaves and Freedwomen

I A. Employment within Large Households

1. Spinning-women

CIL 6, 6339 and 6341

Rome. Early 1st century AD

a) Acte, / quasil(laria).

b) Hedone, / quasillaria, / vix(it) ann(os) XXX.

2. A female weaver

CIL 6, 6362 = *ILS* 7432b

Rome. Early 1st century AD

Ossa / Italiae, textric(is).

3. A seamstress

CIL 6, 6349

Rome. Early 1st century AD

Daphne, sarcinatri(x).

4. A female doorkeeper

CIL 6, 6326 = *ILS* 7438

Rome. Early 1st century AD

Optata, Pa(n)saes (serva / vicaria), / ostiaria. Fecerunt / amici.

5. A midwife

CIL 6, 6325

Rome. Early 1st century AD

Secunda, / o<b=P>stetrix / Statiliae Maioris.

6. A pedagogue

CIL 6, 6331 = *ILS* 7447b

Rome. Early 1st century AD

[St]atilia, T(iti) l(iberta), Tyra(n)nis, / paedagoga / Statiliaes(!).

7. A personal attendant

CIL 6, 9781

Rome. 1st century AD

Rufa, pedisequa, / hic sita est.

8. A hairdresser and a mirror-holder

CIL 6, 7297 = *ILS* 7418

